Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31662
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

loquitur. Omne inquit quod in macello venit
manducate. nichil interrogantes propter
conscientiam. Et tamen alibi dicit. Non mandu
cabo carnem in eternum, ne fratrem meum scan
dalizem. Itemque alibi. Omnia quidem munda. sed
malum est homini qui per offensionem manducat.
Quod dicit omnia quidem munda. et quod dicit sed non omnia
expe diunt. ipsum est. sed malum est homini qui per
offen sionem manducat. Ita ostendit
et quod licita sunt. id est nullo precepto domini prohibentur.
sic expedit potius esse vitanda non precepto le
gis. sed consilio caritatis. Omne quod in ma
cello venit manducate. nichil interroga
tes propter conscientiam. quia domini est terra et plenitudo eius.
Holus ut quelibet Excepta ad bucolicam.
fructus in qualibet agro natus eius est qui creavit. quia
domini est terra et plenitudo eius, et omnis creatu
ra dei bona est. Sed si illud quod ibi magis nascitur
consecratur ydolo ut sacrificatur. tunc inter ydolotita
deputandum est. Itaque aut certum est esse ydoloti
tum, aut certum est non esse, aut ignoratur. Si ergo
certum est esse. melius christiana virtute respuitur.
Si autem ut non est vel nescitur. sine ullo conscientie
scrupulo in usum necessitatis assumitur.
Sive ergo manducatis. sive bibitis. sive
aliud aliquid facitis. omnia in gloria dei facite.
Vis psallere. non so
lum vox tua sonet laudes dei. sed et opera
tua concordent cum voce tua. Cum ergo voce
cantaveris. silebis aliquando. Vita sic cantet.
ut numquam sileas. Negocium agis et fraude
cogitas. siluisti a laude dei. et quod est gravius
non solum a laude siluisti sed in blasphemiam per
rexisti. Cum enim deus laudetur de bono opere
tuo. opere tuo laudas dominum. et cum blasphe
matur deus de malo opere tuo, blasphemas dominum.
Itaque ad aurium exhortationem canta voce.
corde ne sileas, vita ne taceas. Non cogi
tas in negocio fraudem. psallis. Cum mandu
cas et bibis psalle. non intermiscendo sonorum
suavitates ad aures aptas. sed modeste et
frugaliter et temperanter manducando et bi
bendo. quia hoc dicit apostolus. Sive manduca
tis sive bibitis sive aliud quid facitis. omnia

in gloriam dei facite. Si ergo bene agis. et
quod manducas et bibis et ad refectionem
corporis sumis reparationemque membrorum. gratias
agens ei qui tibi prebuit mortali et fragili ista
supplementorum solatia. et cibus tuus et po
tus tuus laudat dominum. Si vero modum nature
debitum inmoderatione voracitatis exce
das et vinolentia ingurgites, quantalibet
laudes dei lingua tua sonet. vita
blasphemat. Post cibum et potum requiescis
ut dormias nec in lecto aliquid turpe
agas. nec excedas ultra concessam licentiam
in lege dei. Sit castus cum coniuge thorus, et si
est cura propagandi liberos non sit effrenata
luxuries libidinum. Defer in lecto tuo
coniugi tue quia membra christi estis ambo. ambo
ab illo conditi ambo sanguine eius reparati.
Hec agens laudas eum. nec omnino silebit
laudatio tua. Quid cum somnus advenerit.
Et cum dormis non te excitet mala conscientia.
et innocentia somni tui laudat dominum.
Sine offensione estote iudeis et gentibus
et ecclesie dei. sic et ego per omnia omnibus placeo.
non querens quod michi utile est sed quod multis. ut
salvi fiant. In expositione epistole ad galathas.
Numquid qui hoc dixit. placebat tamen multis
persecutoribus suis. Sed placebat omni generi
hominum quod christus congregabat ecclesia. sive iam
intus positis sive introducendis in eam.
Si adhuc inquit hominibus placerem. christi servus
non essem. Qui hominibus propter veritatem placet.
non iam ipse illis sed veritas placet. Placere
autem dixit quantum in se ipso est. id est quantum ad
eius voluntatem attinet. ac si diceret placere
vellem. Non enim si hoc eo non agente place
at alicui quasi propter se ipsum. et non propter deum atque
evangelium quod adnuntiat. superbie ipsius potius
quam eius errori cui perverse placet tribuendum
est. Si adhuc hominibus quererem placere. christi ser
vus non essem. Iubet enim ille servis suis. ut
discant ab ipso mites esse et humiles cor
de. quod nullo modo potest qui propter se ipsum id est
propter suam quasi privatam et propriam gloriam placere
hominibus querit. Non ergo moveat quod dicit. sic et